Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



lu ioꝛ. filu ioseph. filu ozie. filu elai. filu iamnoꝛ. filu godon. filu raphoin. filu achitob. filu melchie. filu anan. filu nathanie. filu salathiel. filu symeon. filu ruben. et uir eius fuit manasses. q̄ mortuus ē in diebꝫ messis ordiaꝝ. instabat ei sup alligantes manipulos in agro. et uenit estus sup caput eiꝰ. et mortuus ē in bethulia ciuitate sua. et sepultꝰ ē illic cum patribꝫ suis. erat aut iudith relicta eius uidua iā annis tribꝫ. et mensibꝫ. vi. et insup̄ioribꝫ domꝰ sue fecit sibi secretū cubiculum. in q̄ cū puellis suis clausa morabat. et hūs sup lumbos suos cilicium. ieiunabat oīb̄ diebꝫ uite sue p̄ter sabbata. et neomenia. et festa domus isr̄l. erat aut diuitijs affluenti nimis. cui uir suus reliq̄rat diuitiaꝝ multas. et familiam copiosam. ac possessiones armentoꝝ. et gregꝫ ouiū plenas: et erat hec in omnibꝫ famosissima. q̄m timebat dñm ualde: nec erat q̄ loqueret de illa uerbū malum. hec itaq; cum audisset q̄m ozias p̄misisset q̄ transacto q̄nto die traderet ciuitatē. misit ad p̄bꝫ chabri. et charmin. et uenerunt ad illam. et dixit illis. Audite me hoc uerbum inq̄ ysrahel ut tradā ciuitatē assyrijs: si intra. v. dies nō uenerit auxiliū uobis. Et qui estis uos q̄ temptatis dñm. Non ē iste sermo qui miām puocet: sed potius qui iram excitet. et furoꝛē accendat. Posuistis ub̄ misericordiē dñi. et in arbitrium uim diem statuistis ei. Sed q̄ patiens ē dñs. in hoc ip̄o ueneremur. et indulgentiā eius lacrimis postulemus. Non enim sicut hoīs ita dñs comminabit̄. neq; sicut filius hoīs ad iracundiam inflamabit̄. Et nūc humiliemus animas nras: et in spū humilitatis seruientes illi: ducamus flentes deuotos. ut sicut uoluntatē suā sic faciat nobiscū miām suā: et sicut conturbatum ē cor nrm in superbia eoꝝ. ita etiam de nra humilitate gliem: q̄m nō secuti sumus peccata patrum nrōꝝ. q̄ dereliquerunt dñm suum. et adorauerē deos alienos p̄fecto q̄ dati sunt in gladium et in rapinam. et in confusionē inimicis suis. nos aut alterum deum nescimus p̄ter ip̄m. Exspectemus huius solationem eius. et exquirit sanguinem nrm de afflictionibꝫ inimicoꝝ nrōꝝ. et humiliabit omnes gentes q̄cūq; insurgunt contra nos: et fauet illas sibi honore dñs deus nr. Et nunc fratres q̄m uos estis p̄bi in p̄plo dei. ecce ub̄ pendet anima uestra. Ad eloquium uim corda uestra erigite: ut memores sint q̄ tēptati sunt patres nri: ut probarent si uere colerent dñm suum. Memores esse debet̄ q̄m pat̄ nr abraham temptat̄ ē. et p̄ multas tribulationes probat̄ dei amicꝰ effectus ē. Sic ysaac. sic iacob. sic moyses et omnes qui placuerunt deo p̄multas tribulationes fideles transierunt. illi aut q̄ temptationes nō susceperūt cū timore dñi et patientia sua. et impetuū murmurationis sue contra dñm p̄tulerunt: exterminati sunt ab exterminatore. et a serpentibꝫ perierunt. Et nos q̄ nō ulciscamur nos p̄his q̄ patim̄. sed reputantes p̄ris nr̄is hec ipa minora esse supplicia. flagella dñi q̄ si serui q̄ corripimur ad emendationē nō ad perditionē nr̄am euenisse credamus. Et dixerē illi ozias et p̄bi. Omnia q̄ locuta es uera sunt. nec est in sermonibꝫ tuis ulla reprehensio. Nunc ergo ora p̄ nob̄. q̄m mulier sancta es. et timens dñm. Et dixit illis judith. Sicut q̄d locuti estis potui dei est cognoscitis: ita q̄d facere disposui p̄bate si ex deo ē: et orate vt firmum faciat consilium meū dñs. Stabitis ad portā uos nocte ista. et ego exibo cum ancilla mea: et orate ut sicut dixistis in diebꝫ. v. respiciat dñs plm suum isr̄l. Vos aut nolo ut scrutemini actum meum. neq; dum renuntiet ubi nichil aliud fiat. nisi oratio p̄ me ad dñm deum nrm. Et dixit ad eā ozias p̄ceps iude. Vade in pace. et dñs sit tecū in ultionē inimicoꝝ nrōꝝ. et reuertere abiit. Quibꝫ abscedentibꝫ judith ingressa ē oratoriū suū. et includens se cubi-